


BIBLIOTEKA


Zakł. Nar. im. Ossolińskich


XVI

3504

ME







XU.QU. 3504

8

PHOCYLIDIS PHILOSOPHI PO,  
 EMA ELEGANTISSIMVM  
 PRÆCEPTA VITÆ DE,  
 GENDÆ CONTINENS  
 GRÆCE, CVM IN,  
 TERPRÆTA,  
 TIONE LA/  
 TINA.  
 MARTINI CROMERI.

*Martini Cromeri aliquot Epis  
 orammata ad finem adiuncta.*



AD MARTIALEM DE BEATA VITA  
Philosophicōs .

Vitam quę faciunt beatōrem,  
Non cunctis bone Martialis hęc sunt.  
Nam sunt quos beat ampla res, & aurum:  
Sunt quos purpura, quos cohors togata.  
Quosdam lauticie, iociqꝫ molles,  
Et lasciuia nimis iuuat voluptas:  
Illos gloria, vitidumqꝫ nomen:  
Hos tranquilla procul dolore vita.  
Iam veri studiū sat est quibusdam.  
Sed virtus alijs, amorqꝫ recti.  
Sano in corpore sana mens, simulqꝫ<sup>z</sup>  
Cuī fors mītis adeſt, mihi est beatus .

AD EVNdem: Theologicōs .

Vitam quę faciānt beatōrem,  
Erras optime Martialis erras,  
Nil consciere sibi, nihilqꝫ prorsus  
Vsurpare tamen boni, Sed vni  
Cuncta accepta Deo referre, Solum  
Vitę nosse scopum, Nutuqꝫ vulgi  
Non flecti, nihil estimare sensu,  
Celestem meditari adusqꝫ vitam,  
De quoqꝫ hominē optime mereri,  
Pura mente Deo litare puro,  
Solī fidere principi salutis,  
Hęc vitam faciūnt beatōrem.

## ΕΚ ΤΟΥ ΣΟΥΙΔΑ►

Φωκυλίδης Μιλήσιος Φιλόσοφος σύγχρονος Θεό<sup>ς</sup>  
γνησίος ἡμ<sup>ρ</sup> δὲ ἐκάτερος μετὰ χιλ<sup>ί</sup> ετών τῶν ξωϊ<sup>ς</sup>  
καὶ διλυμπιάδι γεγονότεο μή<sup>τ</sup> ἔγραψεν ἐπικ οὐδὲ  
ἐλεγείας, παρουσέσθιε, ἢτοι γνώμας, ἀε τοε<sup>ς</sup>  
κεφάλαια ἐπιγράφουσιν. ἐτοί δὲ ἐκ τῶν σιβυλλιο<sup>ς</sup>  
ακῶν κεκλεμμέναι.

## EX SVIDA►

Phocylides Milesius Philosophus æqualis Theos  
omnis, Fuit autem uterque post .647. annū belli Tro-  
iani nati, Olympiade .59. Scripsit carmina Ḧ  
Elegias, admonitiones seu sententias, quas quidam  
capita inscribunt. Sunt autem e Sibyllinis libris  
complimentata,

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ET  
DOMINO, DOMINO ALBERTO DEI  
gratia Marchioni Brandenburgensi, ac in Prussia,  
Stetiniæ, Pomeraniæ, Cassubiarum, Sclau-  
uorum &c. Duci, Burgrabio Norem-  
bergensi, Domino colendissimo

Martinus Cromerus

S S D C

Cogitanti mihi, ALBERTE Dux clarissime, qua-  
nam ratione fieri posset, ut animi mei gratitudinem  
propensissima tua erga me voluntate & benignitate, tibi  
testamat facerem, nihil eiusmodi occurrebat, quod te dignum  
esset. Nam & tua Celitudo tanta, tamq; illustris, & omni  
genere virtutum ornata est, ut qui nomen tuum aliqua ra-  
tione illustrare velit, idem Soli lucem addere velle videatur,  
& ingenij mei supplex tam est angusta & exigua, ut nihil  
inde, quod vel dignitati ac splendori tuo, vel studio & ob-  
seruantie in te meq; respondeat, deponi possit. Contra ve-  
ro quum intuerer admirandam tuam in omnes omnium or-  
dinum homines facilitatem, humanitatem, & beneficētiām,  
morumq; suavitatem, cum virtute, animi magnitudine, in-  
genij dexteritate, vigilantia, & bellicę rei peritia, que omnia  
in te summa sunt, certante, in eam adducere sententiam, ut  
mallem impudētor videri, quam ingratior, propterea quod  
illud interdum meretur veniam, hoc ita omnibus semper ex-  
ossum est, ut apud quosdam populos aliquando capitale fu-  
erit. Quumq; ita animum meum confirmasse, commodissim  
obtulit se mihi libellus Phocylidis Philosophi gręci vetusti,  
sane aureus, qui *vouθ ετικός* hoc est, ut ita dicam, admonitoris  
us inscribitur in quo est videre uniuersam illam recte & ho-  
neste, laudabiliterq; viuendi rationem, quam philosophi in-

A ij genibus

gentibus voluminibus complexi sunt, paucis versibus ita  
eleganter, ut lectorum alliciat; ita succincte, & perspicue,  
ut facile edisci, ac memoria teneri possit; ita accurate incor-  
rupteç, vt ab euangelicarum literarum sanctimonia non  
multum absit: comprehensam atq; conscriptam. Ita vt me  
nouorum istorum christianorum, si modo eos hoc nomine  
appellari fas est, misereat, qui quamvis reluctate recta ratio-  
ne, reclamantibus sacris literis, impudentissima asseueratio-  
ne tantum sibi, cupiditatibusç suis effrenatis permittunt, ac  
permitti volunt, vt qui maxime ethnici sunt, nunquam eo  
turpitudinis prolabi posse videantur, tam dissolutum vite  
genus vt palam vel sectari, vel probare sustineant, solam  
rationem atq; naturam ducem secuti, cui rei vel unus hic li-  
bellus abunde documento fuerit. Eum itaq; libellum, quo  
facilius ac crebrius nostratum hominum manibus, pro meo  
rito suo, tereretur, quum pari versuum numero in latinam  
linguam nuper transstudissem, tuo nomini nuncupandum  
mibi esse existimau, minus dignum fortasse celsitudine tua  
munus, sed tamen à candore & facilitate morum, que in te  
summa eluet, & ad quam hic apposita maxime precepta  
traduntur, non alienissimum, quo & ego animi erga te mei  
studiorum testificer, & studiosi iuuenes, quorum hic utilitati  
scrutatum est quum libellum, nominis tui celebritate allecti,  
tum mores, quos libellus scite depictos cotinet, exemplo tuo  
adducti, libentius amplectantur, prosequanturç. Accipe  
ergo lubens, Princeps Illustrissime, Phocyliden gręce pari-  
ter & latine sonantem, quem non tam ex paucitate littera-  
rum, quam ex vetustate simul, & morum describendorum  
sanctimonia estimes velim: nostramq; hanc qualiter  
qualem operam boni consule, & summam erga te  
obseruantiam benignè, ut coepisti, amplecti  
perge. Quem vt pretissimus omnium parens  
Deus longum sospiter, & perpetua fœli-  
citate cumulet, etiam atq; etiam cui  
pio. Vilnę, Kal. Octobrib.

# ΦΩΚΥΛΙΔΟΥ ΠΟΙΗΜΑ ΝΟΥΘΕΤΙΚΟΝ.

Μήτε γαμοκλωπέειν, μήτ' ἄρσενα κύπερη δρίψειν,  
μήτε δολουστρά πτειρη, μήτ' αἴματι χέρα μιαύνειν,  
μή πλάχτειρ ἀστίκως, ἀλλ' ἐξ ὅστιωρ βιοτέαιη.  
Αρκεθατε παρεῖστοι καὶ θλοῦσιν ἀπέχεδα  
τέλευτα μὲν βάζειρ, τάδε ἐπύτημα πάντες γοργέυειρ  
πρώτα θεόρτιμα, μετέπειτα δὲ σθέο γονῆς.  
Πᾶσι δίκαιαι νέμαιρ, μήδεις κρίσιρ ἐσ χάριμ ἔλειρ  
μὴ φίψις τενίκηρ, ἀστίκως μὴ κείνε πρόσωποι  
Ἴμσυν κακῶς δικάσῃς, σεθεός μετέπειτα δίκαισε,  
μαρτυρίκηρ φευκῆ φέυγειρ, ταῦθικαί ἀγορέυειρ.  
παρθενίκηρ τηρεῖ, πίστιρ δὲν πᾶσι φυλάσσειρ.  
μέδα νέμαιρ τὰ δίκαιαι, καλὸν δὲ ἐπι μέδοι ἀπαστή.  
σταθμόρ μὲν κρίσιειρ ἐτερόχυγορ, ἀλλ' οὐσιρ ἔλειρ.  
μήτ' ἐωιορκίσῃς, μήτ' ἀγνῶς, μήτε ἐκοντί.  
τέλευτοκορ ευγέειρ θεός ἀβροτοε, θσις διμόσι.  
επέματα μὲν κλέπτειρ, ἐταράσσοι μορ θσις ἀβράται.  
μιθόν μοχθίσαντι δίμου, μὲν θλίβε πένκτα.  
τιλώσηι νοιῶ ἐχέμειρ, κρυπτῆ λόγοιρ ἀν φεσιρ ἵχειρ.  
μήτ' ἀστιθειρ ἐθέλῃς, μήτ' διῶνδεις διθιδωτα ἐάσσῃς.  
πηγαῖ δὲνθησι διδου, μήδε ἄσιον ἐλθέμεν ἐπηγε.  
πληρώσας σέο χέρ, ἐλεον χρήζοντι παράχου.  
Ἄσεγορ ἐιε δίκορ δέξαι, καὶ τυφλόν διδικγα.  
Ναυκρούσι δίκτεροι, ἐπι ταλόος ἐισιρ ἀδικλος.  
χέρα πεσόντι δίμου, σῶσοι δὲ προίσατοι ἐνδρεα.  
κοινῷ πρᾶθη πάντωρ, δι βιόε, τροχόδε, ἀσατοε ὑλιοε.

PHOCYLIDAE OPVS ADMONI,  
torum Martino Cromero interprete.

Abstine adulterio, neu mascula suauia sume.  
Ne fraudes suito, neu sanguine pollue dextram.  
Vtere quæsitis bene, nec diteris inique.  
Sis contetus eo quod habes, aliena nec optes.  
Ne loquitor fallsum, sed semper uera profare.  
Principioq; Deum uenerare, ac deinde parentes.  
Reddito cuiq; suum, nec ius tibi gratia flectat.  
Nec temnas inopeim, Nulliq; iniurius esto  
Iudex, Qualis eris, talem experiere tonantem.  
Testisq; esse caue mendax, sed iusta fatere.  
Sis castus, seruato fidem re semper in omni.  
Iustaq; sit mensura, Modus re pulcher in omni est  
Libra sit æqualis, neutroq; impulsa residat.  
Consulto imprudensq; fac ut periuria uites.  
Periueros odit siquidem Deus immortalis.  
Semina ne tollas, sacer est qui sublegit illa.  
Solute laboranti mercedem. Ne preme egenum.  
Mentem adhibe linguae. Arcanū ne profer. Iniquū  
Ipse nihil facias, facere ac prohibeto uolentem.  
Praebeq; mox inopi, neu cras reuenire iubeto.  
Mendicumq; manu plena releuato, uagumq;  
Hospitio recipe, & coecum duc. Naufragioq;  
Eiectum miserare, Infidum est omnibus æquor.  
Lapsum attolle manu, afflictum seruato benigne.  
Nā mala sunt cunctis promiscua, ceu rota uita est.

πλάτον ἔχων σὺν χῆρᾳ πεντέουσαν ὄρεσίν.  
Οὐραὶ ἔλωκε θεῖς, τόντων χρυσάσι παράξαν.  
Ἔσω κοινὸς ἐπιασός δὲ Βίος, μὴ δύμασφονα πάρτα.  
Τὸ δίφορος ἀμφιβαλλός μὴ πρός φόνον, ἀλλὰ ἐς ἀμαρτίαν.  
Ἐθε δὲ μὴ χρησίοις μάτ' ἔννομα, μάτε ἀδίκως.  
Αἱρετὸς ἀποκτείνεις ἐχθρόμ, σέο χῆρα μιάνεις.  
Ἄγρος γενέοντος ἀπόρχεο, μάτ' ἄστρος ὑπερβασία.  
Πάντων μεῖζον ἄριστον, ὑπερβασία δὲ ἀλειπανά.  
Μάδε τοῦ ἀνεύρυμαν καρπού λαβεῖσι ἀράς ρήσ.  
Ἔσωσαρ δύμοτιμοι ἐπίλυσις ἐν πολιτισμῷ.  
Πάντες γάρ πενίας περίωνεντα τῆς πολυπλάγκτου.  
Χώρη δὲ δύτι βέβαιον ἔχει πέδην ἀνθεώποισιν.  
Η φιλοχρυσοσάμην μάτης κακότητος ἀπάσης.  
Χρυσός ἀρέσκοντος δέσι ιηγή ἀργυρός ἀνθεώποισι.  
Χρυσέν κακῷ ἀρχήγε, βιοφθόρε, πάρτα χαλέπησι,  
Ἐθε σε μὴ θυτοῖσι γενέθλαι τῷ μα ποθενόμ  
Σδυ γαῖαντι μάχαιτε, λειλασταιτε, φόνοιτε.  
Ἐχθρὸς δὲ τέκνα γονεῖς σὺν, ἀδελφαιστε σῶμαί μοις.  
Μίδης ἔτερον κεύθισκε ασθεῖ νόον, ἀλλὰ ἀγορεύων  
Μίδης πεπονθόμενος πολύπονος κατὰς χρεαν αμείβουν,  
Οσιεκώρεις μίκη, κακός ἀνήρ. ἀλλ' ὅπ' ἀνάγκης,  
Οὐκ ἐρέω τὸ τέλος. [Βουλὴν ἔνθωνε Ἑκάσου.  
Μή γαυροῦ σοφίῃ, μάτ' ἀλκῇ, μάτ' ἐνὶ πλούτῳ.  
Ἔις θεός εἰσὶ σοφοί, μνωατοί, ἔμακαι πολύολβοι.  
Μίδης παροιχομένοισι κακοῖς ἔμπου τεὸν Ἀττος.  
Οὐκέτι γαρ μήναται, τὸ τετυγμένον ἔντα τάτυκτον.]  
Μὴ προπετήσεις ἐς χῆρα, χαλίνη δὲ ἀργυρούργιμ.  
Πολλάκι γαρ παλέεις, ἀέκων φόνον ἐξετέλεσας.

Divitiæ fluxæ, ergo lubens partitor egenis.  
Seu quid opum, seu qcqd adest tibi munere diuī.  
Vtere cōmuni uictu, & bene uiuito concors.  
Ne quo uim facias gladio succingere, sed quo  
Amoueas, utinamq; nec iniuste, neq; iure  
Uſus sit, foedatur enī manus hōste necando.  
Vicini abstine agro, nec transgrediaris auarus.  
Optimus in rebus modus est, miserūq; quod exit.  
Germina ne lædas unquam crescentia terræ.  
Sit tibi honore pari cum ciuib; aduena semper.  
Nam uaga pauperies ex æquo est obuia cūctis,  
Nec regione homini locus est sat certus in ulla.  
Auri sacra famis scelerum fons est, & origo.  
Fraudi est argentū atq; aurū mortalibus. Aurum  
Causa mali, uitæ pestis, quodq; omnia rodis,  
O utinam ne tu miseris mortalibus extes  
Dulce malum, per te pugnæ, prædæq; necesq;  
Et fratrem frater, natiq; odere parentes.  
Nunq; aliud dicas, aliudq; in pectore celes.  
Nem̄ mutare loco, ut saxis qui Pollypus hæret.  
Vlto qui lædit, malus est: Qui nanq; coactus,  
Nō penitus. Quid qſq; uelit sibi, perspicie prudēs  
Viribus, ingenio, aut opibus ne quando superbi,  
Nanq; Deus solus sapiens diuesq;, potensq;  
Præteritis ne torre malis præcordia, factum  
Infectum esse potest nunq;. Dextramq; cauetō  
Attollas temere, at bilem frenato tumentem.  
Sæpe fit ut cædem facias inuitus acerbam.

Εἰς ὡροῖς ταῖς, μήλαις γένεσι, πίδην περιπλορά:  
Οὐκ ἀγαθόμενος ταλαιπωρεύεται θυητοῖσιν δύναται.  
Η πολλοὶ μὲν ἔμενοι πρόστις ἀμετέχεται ταῖς.  
Ταῦτα υἱοὶ δέ τοις πλοῦτος, καὶ εἰς οὐδεὶς πάντας.  
Θυμὸς δὲ οὐδεὶς μανίκην ὀλοσφρονα τένεται.  
Οργὴν δὲ οὐδεὶς οὐδεῖς, οὐδεὶς οὐδεῖς μῆτρα.  
Ζηλος τῷ μὲν ἀγαθῷ μὲν θλίψις φάντωμα δὲ οὐδεγός:  
Τόλμα κακῷ ὀλοῖς, μέγα δέ οὐδείς θλίψις τονεύντας.  
Σεμνός ἔρωτος ἀρετῆς, διδύλιος δέ θλίψις οὐδείς.  
Ημένες, ἀγαθοφρωμένης κικλήσκεται δὲ πολιτώμενοι.  
Μετέχομενοι φαγεῖται, καὶ ταῦται καὶ αὐθιστηγένεται,  
Πάντωμενοι φέρομενοι, οὐδείς οὐδείς μὲν οὐδεινός.  
Μή φθονεῖται ἀγαθῷ ἐτάροιε, μή μῶμοι ἀνατίθεται.  
Αφθονοι διατανίσσουσι καὶ ἐμάλλονται τελέσθωσιν.  
Οὐ φθονέει μάκκη πολὺν κρείσωσιν ἀλίσου ἀνγκάρη,  
Οὐ χθώμενοι συρανίσσουν τοῦτο μαστον τένεσα,  
Οὐ προταμοῖ ταέλαγεστημα, ἀλλὰ δέ μάρνοιαν τέχουσιν,  
Ἐτι γάρ εἴτε μακάρεστημενοι τούτοις πρόλογος εἴσκει.  
Σωφροσύνην δὲ ἀσκεῖται, ἀπράσμην δὲ ἔργων ἀπέχειθαι.  
Μή μικροῦ κακότητα, μήντη δὲ ἀπάλειψον ἄσωσι.  
Πειθὼ μέν γε δύνεται εἴτε δὲ ἔριμος ἀποτιφυτένει.  
Μή πίστει τάχισα, πρὶν ἀδεκένει τοις πέρας οὐδέ.  
Νικᾶμεν εὖ εἴδομεν ταῖς πλεονεστι καθίκα.  
Καλόμενοι διανίζει ταχέως λιταισι τραπέζαις,  
Η πλείσιαις, δολίαις, βραδιώδαις παρά κακόρη.  
Μηδέποτε χρήσις πικρός γένεται ἀνδρὶ τάξι.  
Μηδέτις δέρνθας καλλιέργεια πάντας ἐλέθω,  
Μητέρα δὲ εἰπολίπητε, οὐδὲ τίσμενον οὐδέποτε

Sint placidi affectus, nil sit nimis atque superbium.  
Nullum namque bonum est mortalibus utile, si sit,  
Immodicum. desideria immoderata sequuntur  
Delitias, augetque animos, uiolentaque suadet  
Copia opum, Comes est uæsania noxia bili.  
Ira libido quidem est, furor immoderata libido.  
Sectariisque bonos pulchrum est, seruile sceleris.  
Dira malis, rectis confert audacia cœptis.  
Augustus uirtutis amor, uenerisque pudendus.  
Suavis apud ciues idem quoque mitis habetur.  
Sint moderata cibi, potus, oratio. Cunctis  
Optimus in rebus modus est, miserumque quod exit.  
Nec fausta inuidas socio, nec carpseris ullum.  
Exulat a superis liuor, formosa nec unquam  
Cynthia splendidius soli iubar inuidet, ac nec  
Cœlo terra iacens fastigia summa, nec undas  
Flumina Neptuno, manet his concordia perpes.  
Haud staret cœlum, si agitet discordia diuos.  
Iam moderare animo, factu nec turpe quid ausis.  
Neue imitare scelus, vindictaque sint tibi leges.  
Lis litem parit, at persuasio commoda confert.  
Ne temere credas, nisi noueris omnia plane.  
Vincere præclarum est multis faciendo benigne.  
Et propere potius frugalibus accipe mensis,  
Quam multis, intempestiuis, atque dolosis.  
Fœnore neue uiros inopes oneraris acerbo.  
Nec uolucres nido quisquam simul efferat omnes,  
Quin iterum ut pullos habcas, dimittito matrem.

Μηδέποτε κρίνειν ἀμαίμονας ἀνδράς ἐάσῃε.  
Τὴν σοφίην σοφός ιδώει τέχνας δὲ ὑμότεχνος.  
Οὐ χωρὶς μεγάλην δύμαχὴν ἀμίματος ἀκούειν.  
Οὐ γέροντος οὐ νοέουσι εἰ μηδέποτε ἐθλαὶ μαθόντες.  
Μήδε τραπεζούροις κόλακας ποιῶθενταίρουσι,  
πολλοὶ γέροντος, καὶ βρώσισε εἰσιμέταιροι.  
Καυσόμηνον τε πάντας κρέσαθλον ἐχωσιμ.  
Αχθόμενοι δὲ ολίγοις, καὶ παλαιοῖς, πάντες ἀπλικοί.  
Λαζαρὸς μὴ τίσειν, πολὺ ποταύσις ἐσιμέταιροι.  
Μήδε μάτην ἐστὶ πῦρ καθίσας μινθῆς φίλοιν ἔτος.  
Μέγα δὲ τεῦχε θεοῖσι. τὸ γαρ μέτερον ἐσιμέταιροι.  
Ταῖαι ἐπιμοισάθλαι απαρχέντοις νεκύεσι.  
Μὴ τύμβοιν φθιμένων ἀνορθρίζει, μέδιν ἀθέατα.  
Δεῖξε οὐκέτιώ, μὴ δουμένιον χόλοιν ὕρσης.  
Οὐ καλόν ἀρμονίην ἀναλιγεύειν ἀνθεώποιο.  
καὶ τάχα δὲν γάμης ἐλπίζομεν ἐφέφερε ἐλθεῖν.  
Δείφαρὸς ἀποιχομένωμ δπίσιον δὲ θεοὶ τελέθονται.  
Τυχαῖον μὲν μίμυστον ἀκέριοι φθιμένοισι.  
Πνεῦματα δὲ εἰ θεός χρῆσις θυητοῖσι Θεοῖς.  
Σῶμα γε ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐστούντη.  
Λυσόμενοι, κονιστέσμενοι. ἀντὶ δὲ ἀντετούνται.  
Πλάγτους μὴ φείδους, μέμυκτοι θητοῖς ὑπάρχασι.  
Οὐκ ἐμέτρην ὅλον τέχνην, καὶ χρίματα ἀγεόδαι.  
Πάντες τοι νέκυες. φυχῆς δὲ θεός θαυμάτευσι.  
Κοινὰ μέλαθρα δόμωμ, θεώνια, καὶ παῖς ἄδην.  
Ξωμοὶ χωρίσις ἀταστοι, τε πένητοι πε, Θεοῖς λεῦσι.  
Οὐ πολλὰ ἀνθεώποι ψῷμεν χρόνον, ἀλλὰ τοι καιρού.

Iudiciumq; caue ignaris permiseris unquam,  
Doctrinam sapiens, opifexq; suas regit artes,  
Non potis indoctus doctrinā audire pfundā est.  
Nā non percipiūt bona, queis didicisse negatū est,  
Ne tibi, mos quibus est aliena uiuere mensa,  
Iunge, cibum multi potumq; sequuntur amici,  
Tempori adulantes, ut sit uentrem unde faburrēt,  
Pauca ferunt ægre, multis nunquam faciantur.  
Ne credas populo, namq; est mutabile uulgas.  
Vulgus, flamma, latex nequeunt commota teneri.  
Neue foco accumbens tenues præcordia deses.  
Da dñs cuiq; suum, Modus est re pulcher in omni.  
Funere quiq; carent dignator honore sepulchri.  
Ne tumulos aperi cinerum, ne subñce soli  
Quæ uidisse nefas, Genj ne moueris iram.  
Nec decet humanam compagem soluere quæquā.  
Namq; cito in lucem hinc uenturos esse serenam  
Nos, reliquū & quod erit morti, numē fore spes est.  
Namq; manent animi post ultima fata perennes.  
Spiritus est usura dei mortalibus atq;  
Effigies, cinis est corpus, sic unde petitum est  
Rursum abit in terrā, repetit quoq; spiritus aurass  
Ne parcas opibus, mortis memor, Haud licet ulli  
Diuitias hinc ferre, Erebo nec habere sub imo.  
Cuncti in morte pares, animis deus imperat autē.  
Cōmuniis domus æterna, & patria omnibus orcus,  
Pauperibus pariter locus est & regibus idem  
Ac breuis heu nimiu est, homies quā uiuimus, atas.

Bij



Τίχι δὲ διέστητε παύ ἀγῆς εἰς μιὰ παντός.  
Μήπε κακοῖς ἄχθου, μήτ' ὅως ἐπαγάλλειο χάρμα;  
Πολλάκις ἐν βιότῳ παῦ θαρξαλέοισι μὲν ἀπίσορον.  
Καὶ μὲν λαζένεαν, μὴδὲ ἀντιστέειν ἀνέμοισι.  
Πάντα παῦ ἀχθομένοισι, κακῷ λύσισι γλυπθεὶς ἀφνω.  
Μή μεγαλιγορίῃ τρυφῶμ, φρένα λυσωθείης  
Ἐνεπίκραστημέντις μάλα παρταρέοντες.  
Οὐ πλοῦ πι λόγος ἀνθεῖ τομώπερόν εἰσι σιδηρός.  
Οὐ πλοῦ ἑκάστῳ νέμεται θεός, φύσιμον οὐρανόφοι τομό.  
Ὥρισι μὲν πολλάκις ταχυπήτης, ἀλικήρ τε λέσσοι.  
Ταύτοις δὲ ἀντοχύτοις κεράσεοι, κέντρα μελίσσαις  
Ἐμφυτοι ἄλκαρες μέλωκε. λόγος δὲ ἔρυμα ανθεώποισι.  
Τῇς δὲ θεοπνέουσοι σοφίης λόγοις ἐσεην ἄριστοι.  
Βέλτεροις ἀλικήνετος ἔφη, σεσοφισμένοις ἀνήρ.  
Αγροῦς. καὶ πόλιας σοφία, παῦ νηα κυβερνᾷ.  
Οὐχ δοιοις κείμησεν τοὺς ἀτάθαλον ἀνδρας ἄτατορ,  
Ἄλλας χρῆ κακόεργον ἀποθέοπάσσαθε ἀνάγκη.  
Πολλάκι σωθείσκουσι κακοῖς δι συμπαξεόντες.  
Φωτῶμ μὴ δέξῃ κλοπίμηρον ἀνδρῶμ παρασημήκη.  
Αμφότεροι κλῶπες, παῦ δὲ εξάκλειος, παῦ δὲ κλέψατο  
Μοῖσαρ πᾶσι νέμεται, τοστήκε δὲ πᾶσιν ἀρίστη.  
Ἄσχόμενος φείδις πάντων, μὴ τερμὸν ἐπιμένεις.  
Μή κτήνους θυντοῖο θορήμην κατὰ μέσορον ἔλκαι.  
Κτήνος δὲ ἐχθροῖο πέσσοι καθέδιδομ, σωμέγειον.  
Πλαζόμενον τε θροτόρη ιηγή ἀλίθεοπον μήδην παλιμῆκον.  
Βέλτερον ἀντ' ἐχθροῦ τυχέειν φίλας ἐυμενέοντος.  
Ἄσχόμενον τὸ κακόν κόπεμ, ἔλκοστ' ἀκέσαθαι.  
Μὴ μέτει θησούροις δαίσῃ κρέας, ἀγγίωσσι μὲν

Ast animus moritur nunquam, nunquamq; senescit.  
Ne succumbe malis rebus, neu diffue laetis.  
Plurima inexpectata etiam fidentibus extant.  
Cedito temporibus, uentisq; reflare caueto.  
Nā nocet hoc ægris, propere mala cūcta quiescunt.  
Fastu neue tumens animo bacchere feroci,  
Sis potius comis, referent hinc commoda cuncti.  
Sermo homini telum est ferro penetrantius omni,  
Cuiq; sua arma deus, naturam ex aere ductam,  
Contulit, alitibus pennas, roburq; leoni,  
Et stimulos apibus, præduraq; cornua tauris  
Indidit auxilium. Ast homini sunt moenia sermo,  
Atq; hic quem inspirata deo sapientia promit  
Optimus, ac sapiens robusto præstat, & agros,  
Atq; urbes, celeremq; regit sapientia nauem.  
Nec, pœnam ut fugiat, fas est abscondere sotentia,  
Quin potius semper facito auersere scelestum.  
Sæpius insontes pereunt cum sontibus una,  
Deposita haud unquam furum furtiva receptes.  
Qui recipit, numero est, & qui furatur, eodem.  
Ordine cuncta suo facias, aequabile semper  
Pulchrum. Principis parcas, ne post tibi desit.  
Ne sua iumento mortali pabula subduc,  
Atq; pecus per iter lapsum releuato inimici.  
Et pelago terraue uagum ne quando repellas.  
Proq; hoste haud minimū bñ p̄stat habere uolentē.  
Exoriens resecato malum, ulceribusq; medere.  
Linque citis canibus, nunquam uescare ferarum

Λέιψανα λεῖπε οὐσί. θηῶμ <sup>άποθηρεούσια</sup>  
φέρμακα μίτεύχου. μαγιστροῦ βιβλωρ <sup>απόθετον</sup>  
Νηπιάχοις ἀπαλοῖς μὴ μάρτυρι χεῖρα βιούσι.  
Φεύγε μίχοσασίνη καὶ ἔριμ πολέμια προποντούσι,  
Μὴ κάκορι εὗρεσι, τείρεμισορέες εἰς πόντο.  
Ἐργάζειν μοχθῷ, ως ἔξι μήναι βιοτεύσῃ.  
Πᾶς γαρ ἀέργος ανήρ ζώει κλοπίμωρ από χερῷ,  
Μήδ' ἄλλας παρὰ μάντος ἐμλόγησιν βάλισμα <sup>βαπτίζει</sup>,  
Αλλ' από τῷ μοικείῳ βιότῳ φάγοις ἀνύθεισος,  
Εἴ δέ τις οὐδέ μάκκη τέχνη, σκάπτοιτο μικέλαι,  
Ἐσι βίο πᾶρι ἔργον, ἐτάρι μοχθέρι <sup>ἐπέλκοθεν</sup>  
Ναυτίλος εἰ πλώσιν ἐθέλεις, ἐνρέπεις θάλασσα.  
Εἴ δέ γεωπονήμη μεθέπει, μακροῦ τοι ἀργός.  
Οὐδὲν ἄνευ καμάτου τελει ἀνθράστην ἐνπετεῖς ἔργον,  
Ουδὲν ἀυτοῖς μακάρεσσι, πόνος δὲ φετῆρι μέγι οφέλαι.  
Μίρμικες γάνης μυχάτους προλελοιπότεος ὅμικους,  
Ἐγχονται βιότοιο κεχρημάνιοι, δύποτε <sup>άρουραι</sup>  
Δηία κειράμεναι καέπωρ πλιθουστηρίαλωάς  
Οἰδάντοι πυροῖ νεοῦρεις ἄχθοσ ἐχοντιμ  
Η κειθῷρι. αἰεὶ δὲ φέρωρ φορέομτα μιώκει,  
Ἐκ θέρεος ωτοὶ χεῖμα βορεὺ μετετέξκη επάγοντες  
Ατεκτορ. φύλοι δὲ ἀλίγοι, πλέοντα πολύνυκτοι,  
Κάμνε δὲ ἡερόφοιτος ἀρισοπόνος πε μέλισσα.  
Η ε πεῖκε κολησ κατὰ χηραμόη, ή νακεασιη,  
Η δευτέρη ωγυρίη κατάκοιλάμοις ἐνλοσισμίαβλωρ,  
Συμνεσι μυριότητα κατ' ἄνθεα ηγοδομάσια.  
Μή μείνης ἔγαμος μὴ πῶς ιωνυμος δηλκαι  
Δόσ τι φύσει καυτός, τέκνοις δὲ μπαλιμ ως ἐλοχένθης

Carnibus ipse feras feræ edant. Ne noxia misce  
Pharmaca. Neu mentem magicis aduertito libris.  
Ne rape molliculos dextra luctante puellos.  
Dissidia & lites uitato instante duello.  
Ne bene peruerso facias. Nam qui facit, idem  
Seminat in pelago stolidus. Partisq; labore  
Viue tuo, uir iners nam furto uiuat oportet.  
Relliquias alienæ unquam ne collige mensæ.  
Sed sine flagitio potius tua te esse decebit.  
Tellurem fodito, nullam qui nouerit artem.  
Semper opus facile in uita reperire uolenti.  
Si dare uela libet uentis, uastum est mare. Terram  
Vis colere? exorrecta iacent late arua, nec ulla  
Res facilis factu mortali, etiamq; beato  
Absq; labore extat. Multum labor adiuuat ipsam  
Virtutem. Solers coecas egressa cauernas  
Gens formicarum, ut uictum sibi comparet aptū,  
Quando sinu laxo flauam capit area messem,  
Lecta humeris portat frugum noua grana pusillis,  
Temporis unde famem hiberni dispellat acerbam,  
Nec modus, aut requies operi est, urgetq; ferētem  
Vsq; ferens, genus exiguum, patiensq; laboris.  
Exercetq; & apis gratum mira arte labore,  
Sedula, nanq; legens succos per prata salubres,  
Quercubus antiquis, cannis, curuisue cauernis  
Cerea tecta struit, satagens examine longo.  
Ne tecum pereat nomen, ne uiuio cœlebs.  
Da naturæ aliquid, genitusq; age gigne uicissim.

Μή προαγωγεύσῃς ἀλοχομ σέο τέκνα μιᾶνωρ.  
Ου γέ τίκτε παιδας ὅμοιους μοιχίκα λέκβα  
μηδεῖσα μή φάνεγε, μέμπερα λέκβα γονῆος.  
Μητέρα δ' ὡς τίμα την μητέρος ἵχνα βάσαρι.  
Μή δὲ καστιγνήτης ἐε ἀ πότροπορ ἐλθέμεν εὔνηρ.  
Μήδ' ἐπὶ παλλακοῖσι παῦρος λεχέεσι μιγεῖε.  
Μή γαϊ φθείρη βρέφοις ἔμβυσοι εἴδομι γατρός.  
Μήδε πεντσα κυρὶ ρίψι καὶ γυνίρ ἐλωρα.  
Μήδε τις ἦ ἀλόχω ἐγκύμονι χεῖρα βάλται.  
Μήδ' ἀν ταυτογόνοι ποτέ τέμνειρ ἄρσενα κέροι.  
Μήδ' ἀλόγοις ζώοις βατήσιοι ἐις λέχος ἐλθέμ,  
Μήδ' οὐρῇ γωναῖκα ἐπὶ αἰχατοῖς λεχέεσι.  
Μή παραβῆις ἐωαὰς φύσεως ἐις κύρρην ἀθεσμορ.  
Οὐδὲ ἀυτοῖς θήρεστ' ἀρσκησιαέβαληρ ἐε εὔνηρ.  
Μή δέ τι θηλύπεραι λέχος ἀνθρώπι μιμίσαντο.  
Μήδ' ἐε ἕρωτα γωνακῶμ πᾶσαγεύσῃς ἀκάθεκτοι.  
Οὐ γέ ἔως θεός ἐσι, πάθος δὲ αἰδηλορ ἀπάντωρ  
Μήδε καστιγνήτωμ ἀλόχωρ ἐπὶ δέμνια βαύνειρ.  
Στέγη τείρ ἀλοχομ, τί γαρ οὐδέπεροι καὶ ἄρσεν  
Η ἔ αρ αἰδεῖ γυνὴ φρονέι φίλα γήρασ ἄχρι<sup>τ</sup>  
καὶ πόσις ἦ ἀλόχω, μήδ' ἐμπέσῃ ἀνδρίχα νεῖκος.  
Μή δέ τις ἀμνίσευτα βίη κόψῃ γε μιγεῖη.  
Μήδε γωναῖκα κακίρ σοῖσιρ ὄικοισιν ἀγεδα.  
Λαζένεις δὲ ἀλόχω λυγῆς χάριμ εἴνεια φερνῆς.  
Ιππους δὲ ἐνγενέας μίξειδι μεν κατὰ ὄικοι,  
Τένειοις δὲ ὑψιτένεντας, ἀτάρ σκυλάκωι παναγρίους,  
Υῆραι δὲ ὄικα ἀγαθήμ ἐριμαίνομεν ἀφρούεοντες  
Οὐδὲ γωνὶ κακόμ ἀνθράπιαμεται ἀφνεόμ ὄνται

Vxori leno esse caue, ne pignora feedes,  
Non pariunt similes temerata cubilia natos.  
Iam ne tange tuo nuptam cum patre nouercam,  
Quæq; refert matrem, tibi sit quoq; matris honores:  
Incesto nunquam cognoscito amore sororem.  
Cumq; tui nunquam consuescito patris amica.  
Inq; utero coniunx foetum ne perdat aborsa,  
Nec partum canibus, uel uulturibus laniandum  
Exponat. Grauidæ uxori neue in hæce dextram  
Proliferumq; etiam puerum ne quis fecet unquam.  
Cum brutisq; caue coeas animantibus amens.  
Concubitu spurco ne sis iniurius ulli  
Fœminæ, Et absurdæ ne quando libidine præter  
Naturam fure, quin brutis uenus haud placet ipsis  
Mascula, Neue maré inter se referunto puellæ.  
Neue in fœmineum præceps rue prorsus amorem.  
Non deus est enim amor, sed dira affectio cunctis.  
Ne fratri thalamos unquam temerato iugales.  
Coniugē amato tuam, quid enī iucundius? aut qd  
Rectius: ac ubi perpetuo cum coniuge coniunx  
Viuit amore pari, inter se neq; iurgia miscent.  
Ne sine coniugio uim quisquam afferto puellæ.  
Vxorem in tua tecta malam ne ducito, uilem  
Ne propter dotem uxori seruiuetis unquam.  
Egregios cunctanter equos disquirimus, atq;  
Tauros erecta ceruice, canesq; feroce,  
Coniugem habere bonā nec item curamus inepti?  
Nec renuit reprobum, modo sit dos, ulla maritum

Cii

Μηδὲ γάμω γάμορ ἄλλοι παγε, επὶ πάματι τῆμα  
παισὶ μὴ χαλέπαινε τεοῖς, ἀλλ ἡ πιοξίδι.  
Ἔμδέ τι πάις ἀλίτη, κωλύετω νίκα μήτηρ.  
Ἐν Στρεσβύτατοι γενεῆς, ἢ Δικιογέρουντες.  
Μὴ μέρη ἐπὶ ἄρσενι παιδὶ δέρφερ πλοκαμίδος χατκη,  
μὴ πορυφίρη πλέξης, μέντημματα λοξὰ κορύμβωρ,  
Ἄρσεστηρ ὅπκη ἐπέοικε κόκη χλιδᾶς δὲ γωνιᾶς.  
Παιδός δὲ ἐνυόρφου φρουρᾶς νεοτήσιορ ὕρηρ.  
Πολλοὶ γέλωστοι πρόστησενα μέγιν ἔρωτος.  
Παρθενικήρ δὲ φύλασσε πολυκλείσοις θαλάμοισι.  
Μὴ δέ μηρ ἄχρι γάμωρ πρόδομώρ διφθιῶσι ἐστη.  
κάλλος μυστήριορ ἔφι παιδῶμ τοκέατι.  
Συγγενέσιν φιλότητα νέμοις, δοκίμῳ διμόνοισι.  
Λιδόθοια πολιορκοτάφους, ἔκειρ δὲ γέρουσιν  
Ἐμῆκε, καὶ γεράων τάρπωμ. γενεῆς δὲ τάλαντοι.  
Πρέσβια διμήλικα παῖδος ἵσαις Τιμᾶσι γέραιρε.  
Παρεργέ δοφι λόμενον μασμόν παρέχει διεράπτωσι.  
▲ Ζλω τακταὶ νέμοις, ἵνα τοι καταθύμιος ἔη.  
Ζτίγματα μὴ γράπτερ ἐπονειδίζωμ θεράποντα.  
▲ Ζλορ μὴ βλάψῃς τι, κακκυρέωμ πρός ανακτα.  
Λάμβανε καὶ βολήρ παρὰ δικέτη ἐνφρονέοντος,  
Αγνέαν φυχῆς σου, σώματός ἐστι καθηρμοί.  
Ταῦτα δικαίοστάνης μυστήρια, δια βιεῦντες,  
Ζωήμ ἐκτελέοιτε γαθήμ μέχρι γηρασός διπλοῦ.

Τελοῦ.

Fœmina. Ne tædas tædis, clade excipe cladem.  
In natos esto facilis, minimeq; seuerus,  
Sed, si quid peccat, puerum genitrixue, senesue  
Corripiant, qui sunt generi populoue uerendi.  
Cæsariem nec alas mollem pueri maris unquam,  
Cincinnosue pllices, tortasue in uertice uitias.  
Fœda uiris coma, mollices est apta puellis,  
Formosi pueri florem seruato iuuentæ,  
Nam multi insano puerorum uruntur amore  
Et castam seruato intra penetralia natam,  
Neu prodire domo ante faces patiare iugales.  
Haud facile est sobolis formam seruare parenti.  
Par tibi iungat amor, cōcordiaq; alma propinquos.  
Caniciem uenerare lubens, & honore locoq;  
Cede seni semper, genere ac ut quisq; parenti est:  
Par senioq; huic tu deferto parentis honorem.  
Debita præbeto famulis alimenta, simulq;  
Æquus es in seruū, ut prompte tua iussa capessat.  
Nec sortem exprobrans notulas inscribito seruo:  
Nec seruo noceas, ut herum ulciscare superbe.  
Consiliumq; etiam famulo a prudente capesse.  
Integritas in entis purgatio corporis ipsa est.  
Haec sunt iusticiæ arcana, haec si rite colatis,  
Tempus in omne bene ætatem degetis honestam.



FINIS.



C iii

AD ILLVSTRISS. PRINCIPEM ET  
Dominū, Dominū ALBERTVM Dei gratia  
Marchionem Brandenburgen, ac Prussiæ,  
Stetiniæ, Pomeraniæ, Cassuborū, Sclauo-  
ri &c. Ducē, & Burgrabiū No-  
rbergeren, in aduētu eius Vil-  
nā. Mart. Cro. gratulatio.

**D**Vx ALBERTE ducum gloria, qui genus  
Clarum a Sarmatiæ regibus inclytis  
Ducis, qui proauum stemmata principum  
Ornas armisonæ Pallados artibus,  
Exoptatus ades, te modo sospitem  
Saluumq; aula libens regia conspicit.  
Te Lituana uidens gaudet, & inclytas  
Dotes corporis ac ingenij stupet,  
Pubes, fassa magis cernere se modo,  
Quam dudum audierat. Rex & attunculus  
Se digna senior cum sobole, & Bona  
Cum consorte thori te placide adspicit,  
Gaudetq; incolumi iungere dexteram.  
Te noster studijs assiduis colit  
Præsul, te zephyris huc modo lenibus  
Allatum, merito latus ouat tuo.  
Hinc & nostra hilari Melpomene sono  
Te saluete cupit, te bene sospite  
Lætatur, tibi se dedicat & uouet  
Dux ALBERTE ducum gloria fortium.

# AD EVNDEM CRACOVIAM INGRESSVM

Errant qui in solis positum decus omne virorum,

Dux Alberte, armis, bellica & arte putant.

Est fateor solidæ bona portio laudis in istis,

Sed non tota tamen, sed neq; firma satis.

Haud nihil ingenium confert huc suave, piu[m]q;

Humanumq; parant & benefacta decus.

Asperitas morum contra, sordesq; tumorq;

Omnibus exosa hæc usq; fuere nimis.

Acer erat, clarisq; insignis Sylla triumphis,

Sed feritas fecit quod modo laude caret.

Et nisi crudelis Marius, saeuusq; fuisset

Tarquinius, modo honor staret utriq; suus.

At uolitat celebris populorum rector & orbis

Victor Alexander multa per ora virum.

Milite nec laudem, nec tot sibi regna paravit,

Sed bonus, & clemens, munificusq; fuit.

Nec mage Marte suum, placido quam iure p[ro]i[er]sq;

Moribus euexit maxima Roma caput.

Transco Fabricium, Fabios, fortemq; Camillum,

Et te magne ferox, Scipiadasq; pios.

Quorum obscura mo, & minime syncera maneret

Gloria ni morum gratia rara ueteret.

Aspice SISMVMDVM si non clemētia regem

Nic celebrem procul, & mens moderata facit.

Hinc deus Alcides, Bacchusq; est coeptus habeti,

Vexere ad superos facta benigna Iouem.

Quidq; aliud Phœbum, Cererē doctāq; Mineruā,  
Tyndaridasq; coli fecit honore deum.  
Tanti apud est homines animi moderatio, tanti,  
Sic faciles mores, sic benefacta ualent,  
His ut qui careat, uirtute carere putetur,  
Hæc etiam laudem sola decusq; ferant.  
Hic mihi te testem, rigido clarissime Marte  
Dux Alberte ducum gloria magna, uoco.  
Non tibi Bellonæ satis est decus esse ferocis.  
Non satis, ingenio & consilio esse bonum,  
Humanis pariter dictis, factisq; benignis  
Ni studeas passim iungere quenq; tibi.  
Dumq; placere studies suminis, non despicias imos,  
Omnibus at charum te simul esse cupis.  
Hinc tibi pro meritis cūcti bona cuncta precātur,  
Te saluum esse uolunt incolumentq; diu.  
Ac modo felicem & ualidum gratantur adesse,  
Et cupiunt uultus cernere posse tuos.  
Hoc alij̄s æquum, mihi idem præstare necesse est,  
Gratuler ut saluo magne patronē tibi,  
Efficit hoc animi erga me propensio summa,  
Testamat egregie quam mihi sāpe facis.  
Ergo ego quem uotis flagrantibus usq; cupui  
Cernere, nunc auibus lator adesse bonis.  
Et precor euentis rerum utq; fruare secundis,  
Pacata utq; geras Prussica sceptrā diu.



# AD ILLVSTREM ET MAGNIFICVM

Dominiū, D. Ioanneū Comitem in Tarnow.


Castellanū Cracouensem, tunc Russicæ.

Palatinum &c. Ad Moschicum  
bellum proficiscentem



C<sup>laris</sup> o longe melior maioribus orte,  
Chareq; cœlitibus, chare tuisq; Comes,  
I bona quo uirtus, quo te tua gloria dicit,  
Quo rex, quo proceres, quo populusq; uocat.  
I latis auibus, uirtuteq; fretus, & acri  
Ingenio, Moschos concute, sterne doma.  
Hostica neu metuas numero superantia castra,  
Impate nouisti uincere Marte bene.  
Imbellis Valacho est Moschus magis armaq; sensit  
Nostra, eadem nostris uis animusq; manet.  
Spemq; facit cunctis clari bona causa triumphi,  
— Fide deo, nunquam deserit ille pios.  
Nec pia SI Smundo deerunt modo numina regi,  
Auspice quo uincit Sarmatica ora frequens.

AD EVNDEM VICTOREM  
REVERTENTEM




**O** Salue columnen patriæ, Comes inclyte salue,  
Qui modo Hyperboreo uictor ab orbe redis.  
Quem deus, & fortuna iuuat Rhamnusia dextre,  
Milite qui paucō maxima bella geris.  
**C**uius & ingenium, & Mauortia pectora, bello  
Confractus celeri dicere Moschus habet.  
**F**atur & inuictum, trepidus dum def̄icit arces  
Ipse suas mandat præsidiumq; fugæ.  
Nil iuuisse alias firmissima mœnia cernit,  
Nil clarosue duces, præsidiumue potens.  
**F**unditus infœlix cecidit Starodubia, prudens  
Accepit frenos Hominia quassâ tuos,  
Recte igitur Lituana tibi pariterq; Polona  
Gratatur reduci natio, magne Comes.  
**H**æc decus & laudem per te sibi gaudet adaucta,  
Illa ex hoste fero parta trophyæ sibi.  
Sis utinam Pylios fœlix & sospes in annos,  
Et referas factis præmia digna tuis.  
Nam decus in tuto positum est tibi, laude perenni,  
Virtutem referent postera secla tuam.




Cracoviæ per Hier. Viet. Anno M.D.XXXVI.



6316  
M





15.500

~~15.500~~

6376  
2

